

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE
**FEBRIBVS COM-
POSITIS,**

QVAM
AVCTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN ALMA ET PERANIQVA HIERANA
SVB PRÆSIDIO

DN. D. JOH. HIER. KNIPHOFII,

ANAT. CHIRVRG. ET BOTAN. PROF. PVBL. FAC. MED. ASSESS. ORD.
ACAD. CÆSAR. NAT. CVRIOS. COLLEGÆ,

PATRONI ET PROMOTORIS SVI ÆTATEM
COLENDI,

PRO LICENTIA
SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES
ET IMMVNITATES
LEGITIME IMPETRANDI

H. L. Q. C.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR FT RESPONDENS

JO. HVGO FRANCISCVS SPOENLA,
THVRINGO. VIPPACENSIS.

DIE XVI. JVLII MDCC XLVI.

ERFORDIAE
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.

THEATRUS
HISTORIÆ
MOSAICÆ

CARTIOGRAPHIA
ORDINIS

THEATRUS
HISTORIÆ
MOSAICÆ



DISSERTATIONIS IN AVGVRALIS
MEDICÆ
DE
FEBRIBVS COMPOSITIS
SIVE
CONTINVO-PERIODICIS
PROLOQVIVM.

Innumeræ in hoc universo dantur morborum, ærumnarum ac malorum myriades, quæ, ob admissum à protoplastis nostris peccatum in paradyso, in miseram primorum parentum propaginem retundarunt, ita quidem, ut homo à primis ferè incunabulis ærumnis ac doloribus natus esse videatur; nulla enim inter millenas corporis humani partes, quamvis minima & subtilissima fibra sit, adnotari

A 2

potest,

potest, quæ non sexcentis morborum & malorum cruciatibus videatur esse obnoxia, quorum non alia fatorum causa, nisi diversa & maxime ad corruptionem prona, quæ machinam humanam constituunt, elementa conjecturari queunt. Quamvis enim ista inter principia modo planè mirabili combinata aliqua deprehendatur connexio, minus tamen arctam & durabilem eam esse, quotidiana nobis experientia monstrat, cum, accidente vel levissimâ alteratione tūm micro-tūm macrocosmica-facillimè à se invicem recedant, alia aliis vim inferant, agant, & reagant, sese invicem resolvant, destruant ac corrumpant. Sileo proinde tot rebelles morborum chronicorum series, quæ sua gradatim quidem facta, diris stipata symptomatis exerunt incrementa; sed unice testor præcipites & repentinus febrium insultus, qui ab unico inducti, levissimo licet errore Diætico plenis sæpenumero flammis æstuant; exemplum nobis exhibent iracunda animi pathemata, quas quæso non progenerant noxias, dum omnes propemodum corporis partes tam efferrato interdum motu exagitant, ut in quibusdam

dam partium tremores diu satis perennantes, in aliis spasti ac convulsiones exoriantur; ubi vero virus acerbatis suæ effundere nequeunt, magis viscera, præsertim hepatis, motu spastico constringuntur, ut major bilis quantitas effundatur in intestina, in aliis Diarrhæas satis enormes, in aliis vero (ubi maslæ sanguineæ partes biliosæ fuerint communicatae) febres caudideas, inflammatorias, & malignas producant. Porro, quam ingens non adfert detrimentum aëris frigidioris in partes corporis non bene tectas appulsus? nonne saluberrimum transpirationis actum inhibet, ut partes inutiles cuiuscunque generis excrementitiae, viis excretionis præclusis, in sanguine remaneant, alia conspurcent principia utilia, motus fermentativos sèpè numero excitent, febresque non raro satis periculosas in scenam ducant? Prætereo ob materiam scribendi aliunde satis amplam & spatii parsimoniam plures alios, qui circa esculentæ & potulenta, motum & quietem, somnum & vigilias occurtere solent, errores diaeteticos, quos innumera morborum genera è vestigiis illico inseguuntur. Cum itaque cor-

poris elementa tam facile à suâ mixtione ac
unione legitima dissolvantur, & secum diversam
principiorum resolutionem diversos quoque
effectus pariant, ut motus modo massæ
sanguineæ fermentativus continuus, modo in-
termittens, modo uterque simul in uno sub-
jecto deprehendatur; Thematis proinde inau-
guralis loco febres compositas sive continuo-
periodicas nobis telegitimus, quarum naturam,
indolem, causas, signa & curationem &c. la-
tius dare sequentibus paginis allaboravimus;
dummodo faxit præpotens Numen, cui pro-
concessa haec tenus corporis nostri ac mentis in-
columitate, & laborum academicorum bene-
dictione profusissimas grates persolvimus, ut
hicce labor in multorum utilitatem cedat, ver-
tatur atque desinat.

CAPVT I.

De febre quotidiano-Continuâ.

§. I.

Qui in observandâ & haec tenus confirmatâ con-
fuetudine antiquitatis venerandæ vestigia pre-
munt, paulo attenuori animo in ipsis rerum
essentias primamque omnium scaturiginem inquirere
amant;

amant; non irritam sanè ponunt operam, cum rerum nomina rite indagâsse sit fere dimidiâ illarum cognitionem impetrâsse; hâc de causâ in speciminis nostri inauguralis exordio pro more & ordinis necessitate febris quotidiano-continuae Etymologiam indagandam esse hariolamur.

§. II.

Febris, quæ Græcis in BLANCARDI *Lexico Medico* pag. 353. appellatur. *πυετος διπò την πυετον*, ab igne, quod naturam ignis æmuletur & salutares corporis humores igne quasi Vesuviano exurat, & exsiccat, Nomen quidam derivarunt à Februo, inusitato & barbaro vocabulo, quod & idem significat ac expurgo, quippe quod per principii vitalis ac naturalis salutare conamen ad expurgandos & eliminandos humores impuros corpori humano summè alias nocivos, quique pejorem excitare potuissent morbum, Febris excitetur. Fatemur quidem, per motus vitales se- & excretorios ea sæpe, quæ corpori fuerunt onerosa & nociva eliminari, interim experientia quotidiana & tot hominum testantur fata, morte, & non causarum noxiarum expurgatione finiri febres, hinc minus recte à februo febris desumitur derivatio. Cum verò certum ratumque sit, in omni febre fervere & tûrgere massam sanguineam, quod efferatus corporis universi calor omnesque actiones satis superque demonstrant, potius à *fervo* nostram volumus appellationem fortiri. Præterà cum febris nostra, de qua in præfeti arum agimus, præter motus sanguinis orgastico-fermentativos in uno continuo perdurantes novas in dies & peculiares periodos

dos verè intermitentes in lucem prodat, quotidianæ continua appellatur.

§. III.

Primæva modo, ex quâ derivabatur morbus noster, prælibata origine, quidem patet, cujus indolis nostra sit febris composita: ne tamen veterum violemus scribendi methodum, sed philosophorum principia imitemur, ad definitionem nos accersimus, quam sequenti subjicere possumus calculo: *Est scilicet febris composita seu continuo-periodica, præter motus sanguinis orgasmico fermentativos continuo perennantes novam quotidie paroxysmum formans verè intermittentem, à fermento viscidobilioso tūm massæ sanguineæ continuo inbārente, tūm ad illam quotidie certo tempore advectō dependens.*

§. IV.

Antequam verò ad causas & reliqua specialiora pertractanda nos convertamus, subjecti habeatur ratio; cuius triplicem theoria pathologica, quippe aliam morbi, aliam causæ & symptomatum, aliam subjectorum speciem nobis exhibet, quam si lubeat ad præsentem febris compositæ tractationem applicare, *subjectum morbi miser constituet homo à teneris ad sexcenta morborum & malorum genera natus; subjectum cause erit massa sanguinea, cum primis viis, præsertim ventriculo, pancreate, glandulis mesentericis, non excluso hepate & liene, in quibus in dies novum fermentum generatur. Subjectum verò symptomatum existent corporis humani partes, in quibus tum actiones animales, tum vitales, tum naturales peraguntur.*

§. V.

§. V.

Ad causas dum progredimur, immediatam esse Fermentum Viscido-biliosum, tum continuo massæ sanguineæ inhærens, tum in dies in illam deductum, ex antecedentibus liquet; ut autem & veritate nitatur per tractatio nostra, & probemus fermentum esse tale, quale asseruimus, ex eo id concludere licet, dum febris ordinariè segnis & apparenter mitis observatur quod fieri minime posset, prædominium si obtinueret fermentum biliosum, quam rationem fortassis esse putamus, cur hunc morbum cum febre catarrhalii haud raro confundant.

§. VI.

Mediata proximior est ipsa massa sanguinea partibus pituitosis, viscidis, mucidis, serosis, viscido plus minus immersis, biliosis conspurcata, verbo cacochymia phlegmatico-biliosea; cuius perversæ & noxiæ qualitates tum in sanguine tum diptis visceribus se- & excretoriis (cum non debite ibidem se- & excernantur) accumulantur, sufficienter in primis viis collectæ massæ sanguinis communicantur, interim in priores vacuos viscerum recessus fermentum de novo dimititur, coacervatur, donec proportionata quantitas eruat è visceribus, crux miisceatur, novamque periodum in dies recurrentem apparere faciat. Evidem & mediata mali nostri causam formare poterit cacochymia biliose-melancholica, dum scilicet partes aquosæ oleoso-alcalicæ bilis nomine insignitæ cum acidis terrestribus combinatae tam in massa sanguinea quam viscerum recessibus concipiunt fermentum; proprieta-

B

men

men febrem quartano-continuum eam excitare deprehendimus.

§. VII.

Ex naturalibus huic faciunt ætas juvenilis: ob errores enim Diæteticos facile occurrentes tale fermentum tum in sanguine tamen visceribus secretoriis & colatoriis colligitur & accumulatur; virilis pari circumscripta foro est, cum aliunde ob lymphæ blandæ defecatum ad febres continuas prouissima existit; coincidentibus vero erroribus contra Diætam admissis, humorum crasis vitiatur & proportio, dumque humores impuri ad organa secretoria motu circulatorio deferuntur, partim se- & excernuntur, partim, dum abundant, in eorum meatibus remanent, & colliguntur, absteri sanguinis orgasmo & in eundem veeti intermittentis phænomena produnt; senilis vero, ubi viscera labefactata, humores ferosi & viscidii, intermixtis quoque partibus biliosis, hunc pariter incurrit morbum tanquam marasimi prodromum.

§. VIII.

Temperamentum Phlegmatico-sanguineum, phlegmatico-cholericum, aut interdum Cholericoo-Melancholicum notari merentur, morbo huic potissimum obnoxia. Quando enim debita humorum mixtio temperamentum constituens paululum ab integritate sua recedit, omnes propemodum humores iisdem inutilibus qualitatibus conspurcantur, ita, ut non tantum massa sanguinea motum facile fermentativum concipiat, sed etiam, dum deferuntur ad organa depurationi dicata, ibidem coacerventur, & sanguini in

in dies infundantur, ut periodicus quotidie oriatur febrilis insultus.

§. IX.

Sexus ubi intuitum formare lubet, uterque morbi hujus imperio videtur esse obnoxius, sequior tamen ob humorum visciditatem, mensium negotium aut irregulare aut plane deficiens, dispositionem ad cachexiam & chlorosin, quorum causa materialis mediata in partibus viscidis, mucidis, pituitosis, partes biliosas alcalicas involventibus consistit, & cum consequenter & febris nostrae causam proximiorem foveat, præ nobiliori magis ad illam inclinare autumamus; pari modo se habet habitus corporis spongiosus & obesus, qui ob humorum serositatem & visciditatem præ gracili hac corripitur febre composita.

§. X.

Res non-naturales suum quoque ad excitandam febrem nostram conferunt calculum; inter quas potissimum deprehenditur aer humidus, pluviosus nebulosus, frigidus, & ventrosus, cuius attachu pori cutis partim relaxantur, ut ob tonum relaxatum major quidem seri excernendi quantitas versus peripheriam propellatur, cuncti tamen ibidem ob fibras non debite extensas secedere nequeat, remeet versus interiora, partim in massam sanguineam, ibidemque fermentet, partim viscerum se se insinuet recessibus, in quibus colligitur, denec accumulata peccans materia denuo sanguini infundatur, novum plane motum fermentativum periodicum excitans, quod ubi singulis diebus evenire solet, quotidiano-continua oritur febris; partim

B 2

pori

pori constringuntur, ut, imminuta excretione, peripheria eadem ac in prioribus clausula sit formanda. Nec minus hoc conferunt mutationes temporum, afferente illud ipsum HIPPOCRATE Sect. III. aphor. I. dum ait, *mutationes temporum potissimum pariunt morbos &c.* quod effatum ad nostrum etiam morbum merito extendi potest: considerare enim ubi volumus ipsa anni tempora & perpendere, quam notabiles in quounque obseruentur tum micro-tam macrocosmicae alterationes; hyeme enim tota oeconomia vitalis lentescit, humores segnescunt, partes viscidæ tam in massa sanguinea quam viscerum meatibus accumulanter; dum vero vernalis incipit spirare aer, resolvuntur tum in vasis sanguiferis tum in visceribus, & haud raro fermentatio-nis concipiunt indolem, ut praedicta nostri morbi requisita tanquam effectus suam insequantur causam; pari passu ambulat mutatio aestivi in tempus autum-nale, ubi humores a calida aeris temperie resoluti per loca excretoria eliminantur, viscidæ vero relinquuntur residua partes resolutas denuo involventes sub qua principiorum obtusione & involutione sepe numero dum actio contingit æque ac reactio, eruitur actus fermentatorius; Idem sentiendum est de aeris inæqualitate, quippe, si ejusdem qualitas modo calida modo paululum frigida deprehendatur, modo corpus calefactum sudore & uodore madens refrigerii causa frigidiori appulsui ventorum exponatur.

§. XI.

Alimentorum ubi habenda ratio, qualitas cibo-rum viscidæ, mucida, terrestris, farinacea, quatenus hisce

hisce principiis inducuntur organis massæ sanguineæ depuratoriis opulationes stagnatoriae, imo & obstrunctiones tum humorum utilium secretionem, tum inutilium excretionem impediunt, notari merentur; cui adnumerari possunt cibi vel aquosi & fermentescibiles, vel crudiores, dispepti, fumo exsiccati, aere indurati; queis partim ventriculi tonus relaxatur, partim robur ejusdemque vigor debilitatur, ac enervatur, chilificationis negotium interturbatur, unde fluit, partes ad nutrionem & augmentationem corporis summe necessarias non sufficienter deferri ad sanguinem, sed complures inutiles & noxiæ qualitates humoribus dyscrasiam inferentes eidem suppeditari, quæ non tantum abundantes in massa sanguinea turbas excitare possunt, sed etiam in visceribus, cum secedere satis nequeant, colliguntur, & non raro, ubi versus fluida deferantur, morbi nostri tragædiam ludunt. Potulenta quoque præsertim aquosa, frigida (silebo reliquas fluidorum potu assumendorum qualitates perversas, & quantitatem immodico usu admissam) corpore æstuante haustra, calidum innatum austius redditum præsertim in visceribus illico infringentia, ut non tantum modo motus intestinus, sed etiam reliquæ organorum functiones suppressantur, ex quo recensita modo requisita fluere possint.

§. XII.

Motus hoc potissimum facit deficiens, quippe dum otio nimium quantum indulgetur, aut ubi vitam agere sedentariam amat, exinde motus intestinus sanguinis circulatorius & ex hocce dependentes

omnes machinæ humanæ actiones, viscerum functiones, percolationes, secretiones, ac humorum depurationes retardantur, hebetant, ac interturbantur. Excedens quoque nimiam humorum exagitationem spirituum partiumque lymphaticarum ac balsamicarum displosionem efficiens relictis inutilibus pari modo concurrit: Idem sentiendum est de somno & vigiliis ille cum motus defectu, haec cum ejusdem excessu conspirare videntur.

§. XIII.

Animi Pathemata hoc passu adnotari poterunt maxime sanguinem concentrantia, nempe terror, terror, timor, & tristitia, quae motum spiritum animalium valde refrenant, qua de causâ Spiritus animales, e quibus solidarum tonus, fluidarum vero partium turgescientia unice dependet, non tantum visceribus, quae tono postmodum, vigore ac robore destituantur, & officio suo ad fungendum minus redduntur idonea, sed etiam fluidis partibus, cum exinde oriundis motu debito & turgescientia subtrahuntur; qua causa fluida lentescunt, spissiora evadunt, in organis secretoriis stagnant, horumque functiones magis turbant & infringunt, ut ansa facile data, exoriatur nostra (quam modo tangimus) febris composita.

§. XIV.

Ex excretis & retentis conferre nobis videntur, transpiratio insensibilis laesa, ipseque sudor praepostere repulsum, praesertim vero in junioribus mentium & haemorrhoidum facta obstrucțio; quemadmodum enim sub debito mensium & haemorrhoidum negotio sanguis

sanguis tum quoad suam quantitatem, tum qualitates ipsi immixtas inutiles æque ac noxias naturæ nostræ (quam legitimam solidarum & fluidarum partium constitutionem esse intelligimus) onerosas è corporé humano præscribitur, eliminatur ac evacuatur, hæcque excretione satis criticæ quamvis hæmorrhoidum fluxui hoc prædicatum à priori ratione causæ denegare quisquam possit) à posteriori tamen, habito ad insequenter effectum salutarem excretorium respectu, nobis se se subscribere facile poterit, sanitas hominis alias labefactanda, destruenda conservatur, ita etiam his vel irregulariter, aut plane deficientibus aut obstructis sanguis quantitate æque ac qualitate peccans in corpore remanet, coacervatur, viscera colatoria opplet & reliqua recensita jamdum phænomena ludit.

S. XV.

Porro remotas inter causas referenda sunt vitia viscerum infimi ventris: quippe horum atonia, obstrutio, infarctus, levior inflammatio, abscessus, quid? quod eorum corruptio; hinc cachexia, scorbutus, malum hypochondriacum & reliquæ morborum species, instrum antecedere poterunt.

§ XVI.

Febrem tertiano-continuam inter & catarrhalem differentiam dari, experientia nobis dictitat. Etsi quidem in febre catarrhalis benignâ sæpius horripilatio intercurrat, certum tamen ac constans tempus minime servat, imo reliqua symptomata essentialia speciale decubitum in catarrhalis designantia, qualia gravedo, coryza, tussis &c. in hæc febre non ita observare licet.

Porro

Porro ob diversa quibus se exerit haud raro morbus noster symptomata, ipsi quoque diversæ accidentales junguntur differentiæ: sic enim ubi vomitus, continua nausea, aut conatus vomendi cum tumore, dolore ventriculi cardialgico, pressorio concurrunt, audit *stomachica*; si vero præsertim in fœminis hystericis, virginibus cacheeticis ob defectum mensium oriatur lipothymia, cum respirandi difficultate, dolore cordis pressorio *syncopalis* appellatur; sublatitante autem abscessu, aut internâ viscerum corruptione, externis partibus frigore, internis ardore affectis, conjuncta siti, faucium siccitate, nuncupatur *hipuria*, inversis vero symptomatibus recensitis, quippe cum interna frigent externa uruntur audit *Epiala* quæ duæ febrium species haud raro nostram concomitantur.

§. XVIII.

Ventilatâ modo Thematis nostri pertractione theoretica, finitimum est, ad Practicam nos accersere, omniumque primò certa & evidētia ad morbi nostri faciem detegendam necessaria signa Diagnostica adnotare; dum vero signa ista juxta circumstantiarum diversitatem limitanda sunt, prius symptomata morbi essentia-
lia, posterius vero causarum phænomena perscrutabimur. Ad morbum quod attinet, pro adnotandis tamen circumstantiis, sub scheme febris hecīcæ ut plurimum ludit, quare sub principio invasionis observatur horripilatio sèpius recrudescent, subsequuntur æltus & calor præternaturalis, mitior tamen & constans; pulsus est mollis & celer, dolor capitis magis obtusus & inconstans, juxta motus fermentatiyi diversitatem & fermenti

fermenti febrilis cum massa sanguinea mixtionem observatur, quâ de causa torquentur agrypnia & noctu inquietantur, diu vero ad somnum inclinant, deliriis quidem non afficiuntur, sunt tamen ingenii debilioris ob destitutas tono cerebri fibras; Appetitus est prostratus cum nauseâ quid? quod quandoque vomendi co-
natu à viscerum & ventriculi perversa constitutione dependentibus; fauces sunt aridæ, sitis verd proprie non urget; Excretiones tam alvineæ, quam blariæ se-
gnius succedunt cum molestia, ut plurimum contingen-
tes ob humornm visciditatem in primis viis & ya-
sculis excretoriis ntidulantem; vires languescunt, artus sunt torpidi, color faciei mox pallidus, mox roseus ap-
paret, prout calor & horripilatio alternare solent.
Præter vero ista signa generaliora in dies nova tum symptomatum dictorum tum aliorum extraordinario-
rum exacerbatio se se manifestat, exempli loco, dum horis antemeridianis aut pomeridianis, aut vesperti-
nis accedit horripilatio, per semi-aut horam integrum perdurans, quam excipit calor præter naturalis, conju-
ctis quibusdam novis symptomatibus, quippe vomitu, dolore cardialgico vel colico, inquietudine majori,
atrociore capitis dolore, quæ symptomata postmo-
dum redduntur leniora, & quadam excretione critica præsertim peripherica, aut alvina plane terminantur &
idem paroxismus in dies redire & iisdem horis obser-
vari solet per 3-4 dies, postea vero prædictam hora-
rum regulam servare desinit & irregularis evadit.

§. XVIII.

Ad formandam causarum diagnosin tum morbi

C

eam

eam prægressi, tum complicati attendi merentur, sic enim, ubi perversa viscerum constitutio, eorum oppletio, obstructio aut plane scirrhosa induratio nostram febrem progenerarunt, mali hypochondriaci signa quippe hypochondriorum constrictio, motus pressorius & dextro versus sinistrum hypochondrium & reliqua perscrutari oportet; induratio vero viscerum scirrhosa ex duritie se se manifestat; si glandularum meseraicarum obstructio simplex aut scirrhosa causam foveat, regio umbilicalis tumida & dura reddita appetet; si vero abscessus coincidat, prægressæ inflammationis & inequæ suppurationis (quæ in materiæ purulentæ tam per Elam quam alvum excretionem consistunt) signa indigitanda sunt; reliqua causarum phænomena §. XVI. jam dum affatim tacta sunt.

§. XIX.

Prognosis ubi formanda est, eam juxta causarum genium ac indolem limitandam esse arbitramur; infelicem enim haud raro fortitur eventum, cum istam febris hectica, præfertim in senioribus marasmus, & pede inequantur. Si vero spes futuræ reconvalescentiæ affulgere debeat, viscerum nulla interveniat corruptio, qua præsente alias de ægro conclamatum est, cum exinde potissimum suboriantur febres lentæ tum simplices tum cum aliis complicatae morbis hydrope, ascite &c. abscessus ubi latitat, interna quoque ad contabescientiam latet dispositio, quæ debitis tamen remediis applicatis palliari, & sopiri, sicut vita ad certum tempus prorogari, in junioribus autem saepius plane morbus profligari potest. Ultimo si mensum hæmorrhoidi-

rhoidum obstructio sit in causa, hac statim expedita, spes plenior assulget; his vero excretionibus tarde aut plane non evenientibus, frustrantur omnia, & major rem viscerum obstructionem praesagiunt.

§. XX.

Perspectis, quantum brevibus fieri potuit, ac cognitis morbi nostri causis signis ac symptomatibus, ad curationem nos ordo defert, quam juxta quatuor (prout legitima jubet medendi methodus) indicantia limitare necessum; ac primo quidem fermentum viscido-biliosum tam in massa sanguinea detentum quam in visceribus haerens colligendum & evacuandum est; ista vero correctio & evacuatio optime expeditur per Thia media conjunctis absorbentibus Bezoardicis. inter quae optima esse censentur O depurat. Siat. arcan. dupl. Mynl. Plat. lap. prunell. & reliqua &c. combinata, ut per diaphoresin fermentum eliminetur, cum calcibus Thialibus & pulveribus varii generis Bzoardicis quippe Thio diaphoret. pulvere Bezoard. Sennert. Wedelii majore & minore Bezoard. mineral. Thli. Joviali &c. ex quibus confecti pulveres omni trihorio sunt propinandi; praeter hosce & liquida quoque medicamenta prostant Bezoardica, uti sunt TRa Bezoard. Wedel. Alexiph. Stahl. paucis dosibus porrigena, eaque vim simul incidendi & abstergend possidentia, qualia Eff. Card. Ben. pimpinell. alb. gentian. rubr. cent. min. &c. mucositates enim in viscerum recessibus ac primis viis accumulatae sunt resolvendae & abstergendae, hinc tacta modo medicamina matutino tempore in vehiculo calido sunt ordinanda.

C 2

§. XXI.

§. XXI.

Verum enim vero an evacuatio per emetica aut purgantia instituenda sit, id medico relinquendum scrutinio & pro circumstantiarum modulo dijudicandum esse existimamus; si enim commissus fuerit error circa esculenta & potulenta aut animi pathemata diaeteticus, tunc secundo aut tertio die, praesente nullo contra indicante, vomitorium lene aut laxans, uti variorum authorum pilulæ praesertim Becherian. Stahl. per triduum sunt ordinandæ; resoluta proinde ac quatantennus educta in primis viis nidulante faburra, eo felicius primus quoque fermenti fomes è viscerum meatibus proscribi potest; una alterave hora ante paroxysmum pulvis mere abstergens ex arcan. dupl. & ♀ Glat. ad grana xv. concinnatus propinari debet.

§. XXII.

Ut ut etiam vitiata principiorum massam sanguineam constituentium mixtio æquè ac proportio restituatur, potus largior, temperatus tamen hauriri, potiones ex Vis diapnoicis, quippe Scordii, Card. Ben. chærefol. Sambuc. Scorzoner. &c. & Thibus mediis cum pulveribus bezoardicis combinatis præparatæ exhiberi, decocta & infusa ex rad. Scorzoner. imperator. angelic. carlin. HBis amaris insimulque bezoardicis galleg. bellid. capill. ♀is epithym. cuscus. centaur. min. agrimon. & rel. concinnata dari valebunt.

§. XXIII.

Quod si verò intrinsecam quandam partium labem, viscerum obstruktionem simplicem vel scirrhosam, corruptionem, abscessum aut Empyema morbus nostrer

ster pro causa foveat, ad ista respectum haberi necesse est; sicuti viscera infarcta aut obstruēta aut induratio-
nem scirrhosam perpeſſa deprehenduntur, tincturis ea
bezoardicis, queis resolventia fuerunt maritata, e. g.
ꝝ. Eff. pimpinell. alb. Scord. arcaī. Tri. aa. 3j. Ω. Eis
vel Ωi dulc. 3β. M. referari oportet, præterea, si recen-
ſita modo mixtura causam foventem abigere non lu-
beat, pulveribus jam dum taetis, una cum decoctis &
infusis abitergentibus priore ſo ventilatis iſſistere con-
ſultum extaret; dum vero viscera corrupta, abſcessus
aut empyema ſubſit, optime bezoardicis mediis hiſce
reſiſtendum eſt autumamus, inter quæ potiſſimum
eminet ſcordium, & parata ex iſto medicamenta, quip-
pe extractum Scordii ejusque eſſentia, illud pulveribus
ſæpius jam dum provocatis, aut & potionibus ex Vis
blande diapnoicis ſcilięt ſcordii, fambuc. chærefol. &c.
comiſſeri aut & ſoluimmodo forma pulveris propinari,
hæc autem cum Eff. Myrrhæ ordinari poſſunt.

S. XXIV.

Ultimo ſymptomata nimis urgentia mitigari de-
cet, quæ ſi obſervare cupiat Medicus, invasionis pa-
roxyſmi ſit ſpectator: nam, ſi ſub initio recurrentis pe-
riodi calor admodum corpus exagitet, Φſa, Φda, tum
fluida tum ſolida forma concinnata conducent, aut
blandis portionibus diapnoen promoventibus, maſſam
ſanguineam motu calidiori & rapidiori exagitatam di-
luentibus, ejusque proportionem reſtituentibus con-
tinuandum eſt; Tandem quoque paroxysmi finis reſpi-
ciendus, de quo res notiſima, quod omnes propemo-
dum febrium intermittentium paroxysmi, transpiratio-

ne uberius provocatâ, suum felicem sortiantur exitum: hinc ista in nostra periodo minime negligenda, sed per potum calidum vehiculi loco cum Essentiâ quâdam bezoardica v. g. Scord. Alexiph. Stahl. &c. promoven- da est. Pro rata ulterius circumstantiarum varietate feligenda sunt medicamina è diametro tanquam indi- cantibus opposita.

§. XXV.

Curationis tramitem postremo limitare solet diæta, cuius legitimum regimen optima, tum ad sanitatem diu servandam incolumem, tum amissam restaurandam, semita dicit; ut verò omnes fugiamus ambages, submittimus & suademos, Aem temperatum constitutio- ni solidarum & fluidarum partium corporis convenien- tissimum; potum dilutum, qui verò vinum haurire as- suefacti, iis illud ▽ vel simplici vel decocta cum rad. echor. Scorzoner. vel minerali, ut est das Selzer Was- ser, temperatum, quoad unum alterumve vitrellum haurire licet; cibos eupeptos, dumque & ventriculi debilitatem coincidere sentimus, iis aromata temperata, ut est N. M. macesque, jungantur, quietem tam animi quam corporis, secretiones & excretiones debite con- servandas esse consulimus, & sanitatis restitutionem di- vinamus.

CAPVT II.

De Febre Tertiano-continuâ.

§. I.

Pertrafacta & Deo auspicante ad finem traducta fuit primæ febris compositæ Theoretica & Practica consi-

consideratio, nunc vero insequitur species longe
alia à priore diversissima, verbo febris tertiano-conti-
nua, cuius Etymologiam prioribus fere paginis devo-
lutam, omniaque quæ ad illas ambagum syrtes duce-
re possent, quæque antecedente capite demonstratae
fuerunt, præterimus, statim ab ejus definitione, in quâ
primam sophi rerum omnium notitiam ponunt, exor-
diendo; subiectum itaque sequentem: est scilicet fe-
bris composita tum aucta, tum novo paroxysmo è tertio in
tertium remeante stipata à fermento viscido bilioſo partim
in sanguine contento, partim visceribus profundius immerso
Et ad illud dicto tempore adveſto dependens.

S. II.

Multum refert, & omnis solummodo ad detegen-
dam morborum faciem, eorumque impetrandam cu-
rationem in subiecti & causarum cognitione cardo po-
situs est; Causas enim certas & evidentes morborum
ubi quispiam non benè callet, difficillima imo plane
impossibilis erit opera, easdem in motum ducere, per
congruas vias excretorias evacuare, ægritudinemque
profli-gare; ubi subiectum, in quo atrocissimus iste ho-
stis, quippe causa morbi materialis, castra metiatur, la-
tet, nec medico dijudicari scrutinio potest, irritum erit,
ægro corpori in medendo desudare, quid? quod operam
perditam esse, subsequens dabit effectus, quare, ne vitii
nos ipsos in Thematis nostri elaboratione commissi
convincamus, minime subiecti rationem (cui causa-
rum indolem substruemus) prætermittendam esse du-
cimus; sicque intuitu ipsius febris acutæ continuæ
massa sanguinea primarium, cui fermentum inhæret,

con-

constituit morbi nostri subiectum; exacerbationem vero & periodum insultantem ubi spectamus, officina, in qua materia peccans generatur, coacervatur ac certo tempore cruori adfunditur, sunt primae viæ, infimi ventris viscera chyloœa, scilicet hepar, lien, ventriculus, pancreas, mesenterium una cum suis glandulis, in quibus quoque humores viscido-bilioſi nidulantes proximum ad sanguinem habent aditum.

§. III.

Dum autem plures dantur febrium tertianarum species, tam ex sua essentia, quam accidentalili quadam qualitate ita à se invicem distinctæ, prius dijudicandum esse reor, quibus circumstantiis aliae a nostra differant; omnium primo, quod intermittentem simplicem concernit, facile distinguitur, cum periodum die tertio recurrentem omnino intermittentem, & quoad omnia cessantem symptomata producat, æque intermedius existat intercalaris, veraque intercurrat apyrexias nullis remanentibus continuæ symptomatis, in nostra vero aliqualis remissio locum habeat, continuæque phænomena semper appareant. A tertiana anomala quoque differre solet, cum, quamvis quoque multum ad continuitatem inclinare videatur, & haud raro in istam transmutetur, ubi congruis genuinis non fuerit tractata remediis, præsertim cum vehementiora facile deprehenduntur apparere symptomata, præprimis æstus, à quo notabilis enascitur defatigatio, virium prostratio & jactura notabiliter semper intermitat, quod in nostra non evenit febre composita.

§. IV.

§. IV.

Indigitandum ultra dicta est, quæ possit haberi differentia nostræ à tertiana maligna; de quo additamento diu in foro medico disputatum fuit, utrum & febres intermittentes possint esse malignæ, cuius affirmativam alii, negativam alteri tenebant sententiam: cum vero principia pathologica duplarem morborum malignitatem, aliam à priori, aliam à posteriori deducendam exhibent, non videmus, cur & intermittentes ab effectu suo haud raro funesto malignæ appellari queant; quamvis equidem nulla febris intermittens juxta HIPPOCRATIS apb. 43. Sect. 4. quocunque modo, febres intermisserint, periculum abiisse, significant, sit admodum periculosa & lethalis, ubi tamen viscerum exinde inducatur obstructio aut realiter conjuncta sit, si diutius duret, in cachexiam, hepticam, hydropem definat, res est periculi plena & saepissime conclamata. Sit proinde, quod intermittentes, qua tales, nullam sibi involvant malignitatem, quandoque funestus sequitur eventus, non intermittentibus, sed insequentibus aliis morborum generibus saepe lethalibus mors adscribenda sit; cum vero philosophi à causa ad effectum concludant, juxta tritum: *qualis causa talis effectus*, ergo, dum intermittentes sunt causa antecedens morborum insequentium, quorum eventus funestus & malignus est, consequenter & causam antecedentem (quam febres intermittentes constituant) malignam fuisse concludimus; hisce adstipulari possemus casum, qui malignitatem intermittentium quoque à priori probare possit, cuius mentionem fecit WALTERVS in sua Dissertatione

D

de

*de Tertiana epidemicē grassante, aliquibus ab hinc lustris
in Hierana pertractata.* Dum igitur intermittentes, qua-
rum tertiana species est, epidemicē grassari queunt,
necessariō præsupponere debent, miasma quoddam
contagiosum in vacuo contentum malignum, quod,
ubi corporis insinuatur partibus, effectum exerit; por-
ro in prælibato Authoris themate §. II. huic febri ma-
lignantatem conjunctam fuisse, innuitur; Nunc itaque
differentiam perspiciamus nostram inter & tertianam
malignam, quae paroxysmis diuturnis ad insequentem
usque diem perdurantibus infestat, & quamvis sym-
ptomata mitiora mentiantur, malignitatem tamen ma-
ture prodant, insigni virium prostratione, pulsū lan-
guido & debili, continuis vigiliis, lipothymiis, linguæ
& fauicum insolita ariditate &c. quæ in nostra genui-
na methodo tractata minime observantur.

§. V.

Porro distinguitur à tertiana duplice, siquidem hæc
vel saltem alternis diebus duplē format paroxy-
smum, unum nempe matutinis, alterum horis pomeri-
dianis, vel quolibet die tamē prodit, ita tamen, ut pri-
mus tertio, secundus quarto quoad tempus & modum
affligendi corresponeat; denique à quotidiano- & quar-
tano-continuā differre solet, cum illa periodo, in dies
recurrente, hæc vero quarto in quartam diem infestan-
te præter continua febris phænomena stipata appareat.

§. VI.

Causarum indolem ubi indagare animus est, im-
mediata ex allegatis patet, quippe quod fermentum ex-
istat viscidum & biliosum, quorum prius proprie in
massa

massa sanguinea delitescit, posterius vero viscerum recessibus paulo profundius immersum denuo tertia die adfunditur; illud vero ab ipsis organis te- & excretoriis progeneratur; viscera enim colatoria & secretoria, si vitiata, tono destituta, ab humoribus perversis oppleta, obstructa aut corrupta fuerint, officio suo, quod humorum depuratio est, debite haud fungi queunt, sed qualitates perversæ, inutiles, biliosæ, dum ad folliculum felleum congrua quantitate non possunt deferri, regurgitant in sanguinem tanquam generale receptaculum, ibidem coacervantur, cacochymiam biliosam excitant, quæ commota, febrem continuam prodit, viscidae vero, serosæ, æque ac pituitosæ una cum iis biliosis, quæ sub horum involucro latent, dum per viscera motu circulatorio cum sanguine moventur, eorum recessibus ob majorem contactum facile adhærent, agglutinantur, pluresque circulo adlatæ cohærent, ibidemque asservantur, donec tandem misso variorum authorum divortio successu temporis in quantitate debita, & dosi instituendo motui proportionata satis instructæ in motum citentur, à suâ cohæsione recedant, abstergantur, massæ sanguineæ communicentur, & Periodum ludant.

S. VII.

Ex remotiorum numero attentionem merentur potissimum res naturales omnes illæ, quæ istius fermenti generationi opitulari solent, scilicet ætas juvenilis & virilis, complicato præsertim temperamento sanguineo bilioso-phlegmatico. Primum enim ad hanc formam febrilem recipiendam maximè disponit, à particulis

ticulis enim viscido-acribus plurimæ oriuntur febres, ob partes & eo-sosas ad turbandum ordinarium sanguinis motum admodum idoneas ; alterum autem ob particulas viscosas & pituitosas facile in visceribus, hepate præsertim, corpore ita denso, stagnantes & subsecuturas moleculas importare potest. Sexus, nullus est exemptus, sed uterque tributarius, melior tamen præ sequiori concurrentibus dictis potissimum concavus plus debetur.

§. VIII.

Causas occasionales formant quoque errores in diæta, in rebus naturalibus posita, primoque constitutio Æis epidemica, præprimis autem ubi humidus, nebulosus, æque ac frigidus à ventis borealibus intempestivus spirat aër, cuius attacatu saluberrimus transpirationis conatus turbatur ac impeditur, adeoque massa sanguinea particulis halituosis & eo-Θinis, inutilibus ac excrementiis quo magis inquinatur, eo majorem tam intermittentibus quam continuis epidemice graffantibus ansam subministrat ; porro qualitas aeris calida & æstiva ob particulas igneas largius in ipso deprehensibiles humorum uti & fibrarum vim elasticam partibus Æreis frigidis antea sopitam illico excitat, hinc fluida ante condensata se se expandunt, particulæ Æas in motum majorem extenuant, unde major calor, major humorum exagitatio, ut partes biliosæ sub densa prius fluidorum latentes colluvie emergant, fluida turgidiora reddantur, exinde motus resolutorius major & fermentativus causam nanciscatur ; positis hisce neminem latebit aerem intense calidum obexcita-

citabilem humorum effervescentiam ad febres continuas excitandas esse aptissimum & pronissimum; cumque hoc tempore fructus aestivi incipient maturescere, complures etiam immaturi devorentur, qui non tantum vigorem ventriculi labefactent, sed etiam materiam fermentificam in primis viis nidulari faciant.

§. IX.

Ad excretiones naturales quod attinet, sunt istae sudoriferæ, quæ omnimode conservandæ, ut massa sanguinea à qualitatibus nocivis vindicetur, neque spirituosa tonum ad functiones debite peragendas adeo proficuum omnibus partibus conciliantes obtundantur aut supprimantur; ex quo resultat mixtio humorum naturalis, ipsaque sanitas; animi pathemata iracunda & furiosa nullum exhibit dubium, quin maximæ ad provocandas hasce febres sint efficacæ, potissimum ubi potus frigidus, aquosus super ingurgitetur.

§. X.

Ex præternaturalium classe potissimum hic referendæ sunt febres tertianæ intermitentes, quæ quidem antea regulares & ordinariae existebant, inconvenientia tamen sive imprudenti methodo tractatae facile in compositas infelici ausu transmutari & degenerare possunt; illud vero fieri eo facilius solet, quo magis in subiectis plethoricis aut sanguineis positive sudorifera calida, dosi majori alexipharmacæ paulo ante paroxysnum frigoris aut sub eo propinrantur, major exinde partium viscidio-biliosarum in visceribus contingit resolutio, cumque intra massam sanguineam propellantur, biliosæ antea involutæ & sopitæ se se produnt,

D 3

nota.

notabilem sanguinis alcalescentiam inducunt; nec minus si ejusmodi remedia præmature, quippe perdurante adhucdum æstu, assumentur, præsertim à subiectis aliunde ad sudorem minus dispositis, aut sudore largius erumpente (qui periodi finiendæ prodromus est) immoderate exhibeantur, massa sanguinea exacerbatur, paroxismi nimium prologantur & facile disponuntur ad continuitatem.

§. XI.

Porro intermittentes simplices facile abeunt in compositas, quando sub paroxismo ætus refrigerantia aut positive frigida hauriuntur, quies non tantum futuræ excretiones periphericæ ad materiam peccantem eliminandam destinatae impediuntur, sed qualitas excrementitia radicatur in sanguine, & majus atque diuturnius continuandum requiritur motuum augmentum, pro iisdem ulterius abstergendif & eliminandis. Tandem Venæ sectiones similem noxam inducunt frivole absque sufficiente indicante & præcipitanter institutæ; nam, cum focus febrilis non in vasis sed extra ea deprehendatur, nihil detrahi potest, sed post **V.** s. exacerbatio & contumacia insequitur major, materiaque peccans uberior in massam sanguineam transfusa simplices sæpe numero in compositas fecit abire febres; testantibus illud *Ramazino in diff. de constitutione anni 1690. ac de rurali epidemica, que in append. Dec. II. Ann. IX. Ephem. N. C. extat, it. Pet. Rommelio, Dec. II. Ann. VI. Obs 220. E. N. C. & AMATO Lusitano, Cent. I. Cur. II.* Interim & casus prostare possunt, quibus V.S. estet summæ utilitati, minime tamen id directe & positive

sitive, sed saltem per accidens evenire judicamus, si
nempe subiectum extet admodum plethoricum, in-
flammationes, aut vasorum sanguiferorum disruptiones
concurrent, aut itam alius effectus necessariam indi-
cet, cæteroquin in intermittentibus V.S. nihil valet.

§. XII.

Nunc perspectis ad tertianam concurrentibus
causis ad signa, quibus dignosci possit, dilucidanda nos
convertamus, quæ duplicita sunt, alia febrem continuam,
alia periodum formant; sic initialiter quandoque hor-
rore corripiuntur, quandoque absque illo ingente sta-
tim æstu perennante afficiuntur, quem pulsus fortis,
magnus & celer, una cum anxietatibus præcordiorum,
insigni capitis dolore, vigiliis contumacioribus, deliriis
haud raro furiosis excipit; concurrunt porro interdum,
si faburra biliosi nideletur in ventriculo, vomitus bi-
liosi cum appetitu in totum prostrato; ob æstum ve-
ro majorem siti excessiva torquentur cum ææ paucæ
& admodum rubicundæ apparentia, alvo quidem so-
luta, sed ubi in esculentis & potulentis, aut animi pathé-
matibus iracundis non fuerit observata diæta, afficiun-
tur diarrhoea &c. ista modo recensita symptomata con-
tinuant ad tertiam usque diem, qua horis vel meridia-
nis vel pomeridianis imo vespertinis observatur horror
paulo mitior & brevior concurrentibus insimul ac
præcedentibus reliquis ordinariis signis nimirum laf-
itudine, oscitationibus, pandiculationibus &c. quæ
tamen ultra unum alterumve haud durant paroxy-
smum; horrorem illum excipit æstus ab initio satis ve-
hemens graviterque ægroto molestus, post quoddam

tamen

tamen horarum sex vel octo spatium sensim remittens & in tali gradu ad alterum non solum sed & tertium usque diem subsistens cum conjuncta notabili virium debilitate, ut patientes lectum semper premere teneantur; interim initiale æstum concomitantur subinde vomitus, cardialgici dolores; pulsus crebrior & celebrior evadit, cephalalgiæ fiunt graviores, anxietates præcordiales incrementum capiunt &c. his vero per tempus continuatis, phænomena decrescere incipiunt &, subsecuto madore autve sudore, plenaria appetet periodi remissio, remanente interim æstu paulo mitiori & ad tertiam diem continuante.

§. XIII.

Tertio dein die novus suboritur paroxysmus sub eodem modo, tempore, iisdem symptomatibus infestans & circa consuetum tempus evanescens; horror denuo recurrit suumque ordinarium typum servat, reliquaque pathematum febrilium caterva suam prodit acerbitatem tam diu, & tali ordine perdurantem, quam primo servare consuevit die; His adnotatis, malum perennat ægrotosque mirum in modum labefactat & exhaustit, donec ad tertium usque septenarium facta prudenti medicatione congruoque ægrotantium regimine sensim ista effugiant symptomata, pristinusque recuperetur sanitatis status.

§. XIV.

Divinare modo, ut ordine procedamus quoque, fas est, qualem morbus noster, an felicem vel infaustum possit fortiri exitum; hinc si tertiana composita sit exquisita aut plane maligna cum HIPPOCRATE Sed. IV.

Aph.

Aph. XLIII. dum ait: *Febres quæcunque non intermitentes tertia die fortiores sunt, magis periculoſe &c.* rem plenam esse periculo afferimus; hinc quo magis symptoma urgent cum insigni virium prostratione, deliriis furiosis continuis, præcordiorum anxietatibus, juxta illud celeberr. *Coi Aph. L. Secl. IV.* ubi in febre non intermitente difficultas spirandi & delirium acciderit lethale, motibus convulsivis (quod signum est, maxima febrile genus nervosum occupasse) eo infelicius ominantur, aut extremonum frigore afficiuntur mortis prodromo, res conclamata est juxta HIPPOCRATIS *Aph. XLVI. Secl. IV.* si rigor incidat febre non deficiente, agro jam debili, lethale eſt.

§. XV.

Quod si vero recensitas modo circumstantias non intueri liceat, prognosis minime ominosa, sed satis bona; cumque ordinarium servet typum & genuina medicatione tractetur, facile mitigatur & profligatur, aut in tertianam simplicem transmutatur fonticis itidem medicamentis facile auscultantem; si autem medendi methodus incongrue fuerit instituta, in tertianam intermittentem abierit, nec congruis tractata remediis, diu subsistit, facileque in alios degenerat morbos; seu quando eminenter plethoricis & cholericis, qui cæteroquin gravius affliguntur, calidiora, alexipharmacæ aut sudorifera propinrantur, facillime in masculis febres inflammatoriae, in foemellis autem ataxia mensium laborantibus purpuracea superveniunt, quæ tanto magis metuendæ sunt, quo viscus vitiatum nobilius. E contrario vero si sub augmento æstus in dies insignes sudorum

E

dorum

dorum imbræ profluant, vitium depauperationem inducant, febres lentæ & hecticæ facile insequuntur; porro si epidemice graffentur ejusmodi tertiano-continuae, tunc à symptomatibus & eventu malignitas & periculum dijudicandum est.

§. XVI.

Facto itaque omnium circumstantiarum intuitu, medicatio instituenda est cauta & genuina medendi methodo, ut exinde (ut in antecedentibus demonstravimus) recensita mala præcaveantur; quare triplicem potissimum indicationem in Therapia respiciendam & fundamenti loco ponendam esse, autumamus: ac I.) fermentum febrile tum in M. S. oberrans, tum in primis viis hærens, incidentum, corrigendum & evacuandum. II.) Convenientem ejusdem evacuationem prudenter adjuvandam, & III.) symptomata urgentiora mitiganda viscerumque robur tonicum restituendum esse.

§. XVII.

Ad primam itaque indicationem quod attinet, prudenter isti obveniendum est, malum enim duplice agnoscit causam materiale aliam orgasticam & fermentativam in massa sanguinea oberrantem, aliam mucidam, pituitosam & viscidam in viscerum meatibus latitatem, quæ utraque commode & caute corrighenda & immutanda est; illud autem fit, dum remissionis tempore novam ante exacerbationem pulveres incidentes & digestivi ex Odo ſiat. arcan. dupl. M. & Oto Cremore aut Crystallo Tri ſonio diaphoret. conch. citr. lap. &c. citr. conflati quodammodo propinantur, sub ipso

ipso autem paroxysmo magis temperantes ex \textcircled{O} deparat. arcā. dupl. M. & \textcircled{G} diaph. paratos pulveres cum vehiculo calido exhiberi, consultum ducimus; hisce vero ut & massæ sanguineæ restauretur crasis ac naturalis principiorum proportio interponenda sunt diluentia lenissime diapnoica, decocta, infusa, potionē & julapia, emulſiones ex aquis diapnoiciis & temperantibus, amygdalis dulc. Sem. C. B. & Mar. & \textcircled{G} diaphoret. paratae, quid? quod gelatinosa, veluti decocta hordei, c. C. C. Scorzon. &c. pro ratione circumstan-
tiarum alternative dari possunt; ista autem duo ultima tempore paroxysmi omnimode abesse debent, ne materia peccans in primis viis hærens inviscetur, & ita majores & diuturniores naturæ ac artis conatus ad sui evacuationem exposcat.

§. XVIII.

Secundæ indicationi respondent omnia ea, quæ fermentum correctum ac resolutum leniter evacuare possunt, & inter ista principem sibi locum vendicant diaphoretica & temperata alexipharmacæ aut bezoardica, quippe Eff. Alexiph. Stahl, largius cum Eff. Scord. remixta, Mixtur, simpl. eff. card. ben. cum ω Θ is vel \textcircled{Q} simpl. aut dulc. pro gradu æstus combinata; itidem TRa bezoard. Wed. & Michael. non nisi mitescente æstu pauca dosi nec adeo frequentibus vicibus exhiberi, & secundum subjectorum & temperamento-
rum diversitatem restringi debent, ne æstus reddatur efferior, morbus pejor evadat, sudores immoderati vigorem corporis colliquantes prorumpant. His modo recensitis continuatur usque ad duas vel unam ho-

ram ante paroxysmum postea omittuntur, & pulv-
res rursus incidentes & digestivi porruguntur.

§. XIX.

An V. S. ad eliminandum quatantenus fermentum febrile motusque orgasticos infringendos quid confe-
rat, jamdum §o XI. demonstratum est. Nam, recensita
ubi momenta, scilicet plethora tam simplex quam com-
posita concurrunt, inflammationes realiter subsunt aut
metuendae, eam initialiter statim instituendam esse, ne-
mo dubitabit; quid vero de emesi & catharsi sentien-
dum sit, ex circumstantiarum modulo colligatur, e. g.
dum errores antea commissi diabetici caulam antece-
denter formarunt, prima statim die junguntur vomi-
tus, nausea; altera vero die cessant, relicta oris amaritie,
ruetibus amaris remanentibus una cum affectibus car-
dialgicis, sic poterit vomitorium quoddam ex Rad. Ipe-
cacuan. Ḥj. & gr. j. Tri Emet. confectum exhiberi; pur-
gantia hic minime usum præstare possunt, dum mate-
riam peccantem ad interiora invitant, utilissimamque
eius remotionem per peripheriam impediunt, & ita
febris diurnitatem adaugent; quodsi autem alvi ob-
structio calorem reliquaque symptomata exæstuet, mis-
sis acrioribus, leniora laxantia ex Rhabararinis & fol.
Senn. concinnata exhiberi, intestina clystere quodam
stimulari, & excrementa alvina ad exitum cum cruditi-
bus in tractu intestinorum collectis promoveri po-
terunt.

§. XX.

Tertiæ postremo indicationi ut satis fiat, sympto-
mata urgentioria & vehementiora mitigari decet, in-
ter

ter quæ potissimum attendi merentur Vomitus & Diarrhoea, hisce enim caute procedendum est, ne præmature sistantur, alias major contingit in primis viis materiæ peccantis colluvies, neque diu nimis ob subordinam virium jacturam iis indulgeatur; hinc respi-ciendum est ad eorum effectus vel criticos vel symptomaticos; critici si esse obseruentur, cum euphoria & ægrotantium levamine contingentes tolerandi, symptomatici vero mature sistendi sunt. Cæterum sitis excessiva potu diluto compescitur, vigiliæ partim per diluentia, partim Theriacalia temporibus applicata abarcen-tur, deliriis autem concurrentibus die quoad paroxysmum intercalari optime resistitur per vesicatoria.

§. XXI.

Tandem si composita febris nostra degenerarit in tertianam simplicem, more intermittentis quoque tra-stanta & pro ratione circumstantiarum: postquam se se ægrotantes paululum recrearunt, vomitorium aut laxans porrigendum est, præterea fugiantur ista omnia, quæ morbum nostrum concausare possunt, & potissimum lac & ex eo parata sedulo evitentur.

CAPVT III.

De Febre Quartano-Continua.

§. I.

Postremum dilucidanda venit in præsentiarum febris quædam inter scandala Medicorum primo vix non numeranda. Desudarunt diu & hodie dum adhucdum desudant Medici practici in atrocissimo

& rebelli isto hoste profligando & saepius operam irritam posuerunt & in dies spe sua adhucdum frustrantur; ista merito morbi hujus atrocia nos detergere posset, dum illum in conspectum ferre annitamus: at-tamen, praefixum ut attingamus propositum, & ordine procedamus, ab ejus indole exordiamur; Tertiam proinde hanc febrem esse compositarum speciem, ex præmonitis patet, quæ præter æstum febrilem continuo perdurantem novam è quarto in quartum diem periodum producit suo tempore cessantem, inducta a materia quadam fædo-bilioso-mucosa tum in sanguine tum in visceribus fermentativa.

§. II.

Nidulari diximus somitem hujus morbi tam in M. S. quam potissimum organis ejus depuratoriorum in infimo repositis ventre; hac super re paucissimis licebit indagare, quomodo ea perverse constituta ad morbum nostrum quidquam facere possint. Notissima res est, & per vulgus quasi divulgata, in hepate viscere in dextro hypochondrio sito, arteria hepatica, vena cava, & portæ, ductibus biliaris, nervis atque vasis lymphaticis instruto, secerni fluidum Vaso-Ænum bilis nomine insignitum, quod partim per ductus biliarios deferatur ad folliculum felleum, in quo colligitur & asservatur, partim per ductum hepaticum, cuius ramuli per totum distribuuntur hepar & ductum cysticum, exstillaat in choledochum, ex quo in intestinum duodenum transfunditur suo destinatum usui; quando autem excellens ista bilis officina vitiata, turbata, & præter naturaliter constituta est, munere suo non debite fungitur,

M. S.

M. S. à particulis Vfo-^θno & reis non vindicatur, sed in eandem perpetuo relabuntur, cumque ad peripheriam corporis motu circulatorio deferantur, ultimos arteriarum apices, vel si quis malit cum Stenone, glandulas miliares subcutaneas una cum poris constringunt, transpirationem in- & sensibilem quoque impediunt & interturbant, unde serum halitusosum variis partibus mucidis & pituitosis conspurcatum etiam nequit secedere, recipitur à sanguine & in eodem oberrantes particulas biliosas obtundit & involvit, quod dum mediante massæ sanguinæ circulo defertur ad hepar & lienem, viscera admodum densa & spongiosa, eorumdem se se insinuat cavernulis, ibidem colligitur & cumulatur, & quo majores inducit oppletiones stagnatorias aut obstrunctiones, eo magis sanguinis impeditur depuratio & partium biliosarum recessus; quam ob rem perpetuo refunduntur in sanguinem, in quo augmentur, donec sufficienter adauctæ, febris continuæ phænomena prodant, interim motus circulatorius redditur efferatior, & è visceribus dictis, dum vi sanguis impellitur, materia peccans & do-mucosa successive resolvitur, donec resolutæ dosis proportionata quarto die abstergatur & paroxysmum intermittentem edat.

§. III.

Porro multum confert constitutio lienis naturalis ad conservandam sanitatem diu incolument; multumque econtrario contribuit præternaturalis dispositio, ad quam plurimas morborum species progenieratas; sic in statu fano in splene adaptatur sanguis per arteriam splenicam adlatus pro futura in hepate bilis

secretio-

secretione facilitanda; fluidior & turgidior redditur, cum partes serosæ ob copiosissimos penicillos succosos innumeraque lymphatica vasa imminuantur, atque ad receptaculum chyli Pequetianum deferantur, spiritus vero animales ob majores & insigniores quam in ulla viscere reperibiles nervos largius admixti ejusdem calorem, turgescientiam & fluidatem augent; crux modo præparatus per surculos venosos agili tractu tendit ad hepar, quum ibidem partes bilioso-alcalicæ aliqualiter jam dum divisæ separantur ac dimittantur; si vero viscus illud summi usus massæ quadam simpli ci vel viscida compacta impletum esse deprehendatur, non istis tantum modo penicillis succosis remora ponitur, ne partes serosæ calorem alias ac turgescientiam sanguinis impeditentes secedere queant, sed etiam materia oppletionem quamcunque producens nervos comprimit, ~~et~~ uumque animalium influxum notabiliter abarcat, hinc sanguis non præparatur, neque partibus ~~et~~ sis turgens quodammodo dividitur, sed natura sua spissus ut & serosus permanet, ad dimittendas particulas biliosas idoneus, quam ob causam devoluti priorre ~~so~~ funesti effectus exeruntur.

§. IV.

Positis modo & vitiatis præcipuis istis infimi ventris organis, finitimum, quoque corpora quæcunque glandulosa præsertim vero pancreas vitiari, & obstrui eo facilius sanguis immediate per vasa a ramis splenicas oriunda qualitatibus inutilibus serosis & mucosis scatens ad illud transfertur, quo magis corpora ista globosa ad sui obstructionem sunt pronissima; obstru ctione

Aione facta succus iste pancreaticus dictus Θvæ speciem debita non secernitur quantitate, & secretus spissior factus in intestinum duodenum exstillat, istiusque functionis loco, ut chylum diluat, bilisque temperet acrimoniam, majorem illi conciliat spissitudinem, quam ob rem commode non satis chylus vasorum lacteorum potest intrare oscula, eaque permeare &, si quid intrat, spissioris deprehenditur esse indolis, dumque ad glandulas defertur mesenterii, easque satis saepius tenaciter opplet aut obstruit. Sequitur ex recensitatis, partes ubi chylificationi & depurationi sanguinis dicatae sunt vitiatae, reliquam humorum massam mira impura colluvie pessumdat.

§. V.

Nunc causæ eo melius investigari, perscrutari & dijudicari possunt, quo attentiori animo in ipsa, ubi materia morbifica principaliter sedem extruxerit, loca indagavimus; sic haud difficulter immediata ponenda, sed recensita jam dum, istam patescere faciunt momenta, quod si juxta §. I. materia quædam fermentativa acido-bilioso-mucosa, partim in massa sanguinea obrans, partim viscerum compaeta recessibus & substantiæ porosæ inclusa.

§. VI.

Hujus autem causæ primariæ substriuendæ sunt tanquam mediatrixes variæ dispositiones cacochymicæ, ex viscerum præternaturali constitutione, oppletoria stagnatione, infarctu, obstructione simplici vel scirrhosa, corruptione potissimum oriundæ; & quidem humorum dyscrasia culpam debet partibus Edo-biliosis

F

viscidis

viscidis, mucidis, pituitosis, serosis viscido plus minus immersis, quarum qualitatum una orgastica proprie sanguini inhæret, reliquæ recensitis visceribus satis profunde & tenaciter tam diu existunt immersæ, donec juxta §. 2. resolutæ abstergantur, quarto die cruenti admisceantur, eamque exacerbationem patefiant.

§. VII.

Ad causas vero quod attinet, sunt aliæ naturales, aliæ non naturales, aliæ præter naturales jam dum tætæ. Ex naturalibus concurrunt ætas consistens ad senilem tendens, quia in hac ætatis mutatione notabilis occurrit omnium actionum, solidarum & fluidarum partium alteratio, humores & antea vegete circumstanti & agiles redundunt segniores, viscera tono prius ac vigore satis instruta modo labefactantur, unus antea satis volatiles partesque balsamicæ corpus à languore & destructione conservantes modo obtunduntur & præprimis ubi coincidunt temperamentum melancholico-biliosum, ob constitutionem viscidam & atrabiliam; sexus, præ nobiliori sequior (quamvis uterque corripere possit) ob turbatum facile mensium negotium, in nobiliori ob turbatos salutares hæmorrhoidum conatus morbo huic per quam tenaci anfam præbent.

§. VIII.

Ad non naturalium censum spectant inter cæteras dispositiones Ææ frigidæ autumnales juxta illud in HIPPOCRATIS apb. XXII. Sect. III. Autumno multi activi morbi hunc & febres quartanæ, & erraticæ & lienes &c. cibi dispepti, viscidiores atque duriiores, uti carnes Ææ exsic-

exsiccatæ, fumo induratæ, pisces exsiccati, varii generis farinacea, placenta calidæ adsumptæ frigidusque potus super ingurgitatus, quas noxas & obstructiones procreare possint, testatur NENTERVS in *Physiolog. Med. Cap. IV. fol. 194.* ubi inquit, *calidus nempe panis non solum digestioni refragatur, sed etiam in feminis facile menses perturbar & supprimit; caseus, legumina &c. quæ in ventriculo non solum multum negotii facient, sed etiam complures partes viscidæ primis viis suppeditare solent; Potulenta & da, qualis cerevisia & da, saturata, humores coagulant, avenacea ob & narcoticum iis inducunt spissitudinem; vita sedentaria, otiosa tristibus, anxiis, terrificis animi pathematibus, speculationibus turbata, excretiones tum sanguineæ, tum ferociæ neglectæ, imminutæ aut suppressæ, quæ omnia suam ad malum hocce dispositionem fovent.*

§. IX.

Non necessarium esse putamus, multum iteratis vicibus inquirendis morbi nostri differentiis desudare, cum potissima earundem consideratio jam dum per tractata non ulteriore exposcat indaginem. Unum solummodo monendum censemus, quippe hanc febrem quo ad naturam suam ac indolem distinctam intuitu causarum, quæ distinguendi norma magnum in Therapia præstat usum; quippe dum alia non adeo rebellis à simplici tantum & initiali humorum mucobiliosorum, qui diutinas nondum radices egerunt, acervo in visceribus inducta, hinc genuinis medicaminibus resolventibus evacuari & viscera facile roborari possunt; alia vero magis tenax & rebellis est, ubi vi-

F 2

scera

scera scirrhoso infarctu læsa, abscessu aut corruptione destrœta esse deprehenduntur.

§. X.

Dum progredimur ad signa quartano-continuae diagnostica, notandum venit, quod non inutile sit Medicus, scire signa imminentis hujus vel illius morbi. Nam quandoque apto auxiliorum & medicamentorum usu eundem avertere, aut saltrem subventura pericula, si ad id nequit pertingere, præcavere potest; sic in febre nostra, cum à causis ut plurimum præter-naturalibus dependeat, diu perversa præcedit valetudo, seu futuri ægrotantes sunt valetudinarii, neque sani, neque ægritudine quadam stricte afficti, semper se male habentes, conqueruntur de variis, quæ initialibus hypochondriacis sunt familiaria, symptomatibus, appetitus v. g. languet, leniores occurunt spasmi circa hypochondria, facie pallent, habitus corporis sunt quantisper tumidi & reliqua, quæ valetudinarii lugent, in iis apparent phænomena eaque, specialem jam dum in visceribus infimi ventris faburræ cujusdam decubitum fieri, præfigunt.

§. XI.

Postquam iste status satis odiosus & exitialis quoddam subiectum per tempus exacerbavit, & faburra Edo-bilio-mucosæ majori modo, quantitate cumulata existit in corpore, & haec tenus quasi sopita varias præternaturales prodidit Diatheses & moleculas, tandem fit rebellis, suam magis edit acerbitatem & funestos exerit effectus suos; Ab initio nempe corripit horrore, frigore, cum dolore dorsi se extenuante usque

ad

ad scapulas ob ductum thoracicum, quo mediante fermentum febrile è visceribus transfertur & transfunditur in venam subclaviam, massæque sanguineæ communicatur; qua de causa sub scapulis propter motum fermentativum jam exortum persentisicit ardor, dumque mediante sanguine fermentum per omnes partes propulsum est, insequitur calor præternaturalis constanter ægrotantium corpora exæstuans; pulsus antea tardior mutatur in celerem, durum & magnum, respiratio observatur laboriosa & suspiriosa fermenti longius inhærentis pulmonibus tenacitate proveniens, junguntur ideo præcordiorum anxietates, lipothymiae, superveniunt dolores capitis magis obtusi quam aucti à natura di & muciditatis dependentes, ideæ occurunt tristes atque terrificæ ob suppressos sensus animales, continua adeat ad somnum propensio poris cerebri particulis mucidis quantanterus occlusis ortum debens, appetitus hebescit, sitis est mediocris cum faburra latitet quoque in ventriculo; Æta pauca dimittitur quantitate, saturata tamen, matulæque lateribus apponuntur partes Ææ flavo-rubentes ad pressionem digiti facile fatiscentes, excretio alvina tardius plerumque succedit, quoniam partes mucosæ biliosæ intestina alias ad fecum alvinarum dejectionem stimulantes obtundunt, earumque activitatem infringunt, extremitates torpore, interdum quoque dolorifico affliguntur.

S. XII.

Hisce per triduum continuatis, tertio tandem die iteratur horror pomeridiano præsertim aut vespertino tempore pari ab initio tergoris sensu dolorifico sensim

ingravescente, quem calor rursus excipit præternaturalis cum recensitis jam dum symptomatibus notabiliter adactis, queis in quibusdam accedunt dolores hypochondriorum pressorii, constrictorii, & spastici, hocce malum si causam foveat; quod si verò materiæ peccantis notabilis portio latitet adhuculum in intestinis, murmura, & abdominis tornina percipiuntur; In aliis, ubi ventriculus potiorem constituit officinam, nausea, ructus, vomendi conatus, quid? quod ipsi vomitus insequuntur, sub hisce efferatis mali cruciatibus tristes quasdam octo subinde pluresque horas tenentur agere patientes, donec tandem hæcce symptomata pededentim decrescant, levis prorumpat peripheriæ mador, huncque paulo auctiorem redditum plenaria insequatur periodi afflagentis cessatio.

§. XIII.

Cessarunt quidem enumerata circa antecedentis si terminum modo paroxysmi phænomena; interim æstus perquam molestus & non exiguum virium inferens jastruram immobilis perennat, suamque revocat §o XI. indigitatam symptomatum tam diu persistentium fermenti, donec per trium dierum spatium apta & novo insultui producendo proportionata fermenti febrilis quantitas denuo in primis viis collecta ad massam sanguineam transferri queat, qua consueto tempore advecta quartus quoad periodum sibi correspondere desiderat dies.

§. XIV.

Quemadmodum in febre nostra præter naturales organorum depuratoriorum constitutiones infarctus, obstru-

obstructiones &c ex iisdem dependentes morbi causas constituerunt, ita prognosin juxta earum diversitatem & genium formare oportet; sic, si viscera tono ac robore sint adhuc prædita, simplex tantum materia peccantis facta fuerit in primis viis depositio, nec profunde adeo fermentum interioribus meatibus sit immersum, ut illud santicis remedii corrigi, elidi, & abstergi, visceraque roborari possint, superest spes futuræ sanitatis; e contrario autem, interveniente nimio eorundem infarctu, induratione scirrhosa, corruptione aut iterno quodam sublatitante abscessu mors saepe numero scenam claudit.

§. XV.

Quando quidem in hoc morbo perquam tenaci & satis rebelli profligando quid tentandum, habeatur ad causas quascunque & omnes circumstantias sedula attentio, ut juxta diversam & admodum hæterogeneam ejus indolem genuina instituatur curatio, quam generaliori quidem schemate & methodo expeditare possemus sequenti: materia præprimis acidobiliofomucosa tam viscerum substantiae admodum profunde implicata, quam in vasis sanguiferis fluctuans fermentativa corrigitur, abstergatur & evacuetur; dum vero naturalis massæ sanguineæ proportio violata, prævarique complures ipsi immixtæ sint qualitates cacochemicæ, ejusdem debita crasis resarciantur; denuo urgentiora morbi producta mitigentur, & viscera labefactata corroborentur.

§. XVI.

Expeditur autem fermenti correctio & compa-

ctio

Etæ materiæ peccantis elisio ex viscerum substantia omnium optime bezoardicis mediæ naturæ & fixioribus interpositis semper incidentibus & abstergentibus; Inter prima eminent Tinctura Wedelii bezoardica, Ess. scord. gentian. rubræ pimpinell. alb. imo, sin æstus præternaturalis mitescat, & primæ viæ ni-
mum quantum partibus pituitosis & acidis fartæ præ-
supponantur, cum Ess. caryophyll. cuius generis mixtu-
ra matutino tempore ad unam aut alteram dosin ex-
hibenda est; post meridiem vero æqua vespertino
tempore porriganter pulveres Bezoardico-salini ex
conchis citrat. lap. C citr. arcan. duplicato M. F o
 O blato, O tiat, O diaphoret. vel bezoard. mineral. vel
 O li cum O . nat. concinnati, hisce continuandum est de
die in diem. Quodsi vero calor augeatur & effera-
tior evadat, ex recensitis horumque similibus potionis
cum O vis blande diaphnoicis; uti scord. chærefol. scor-
zon. &c. conficiuntur, queis insititur, donec de perio-
do infestante per novam phænomenorum exacerbant-
ium apparentiam certi facti simus, tunc una alterave
hora ante recrudescensem futurum paroxysmum salia
media antecedentibus tacta cum O depurato æstus ve-
hementioris mitigandi causa iterata dosi propinentur.

§. XVII.

Elisa porro a recessuum lateribus & viscerum
cavernulis massa fermentativa, optime immutatur &
evacuat per decocta & infusa ex aperientibus radici-
bus, præsertim pimpinell. alb. gentian. rubr. polypod.
angel. cichor. scorzon &c. HBis cochlear. capill. Q is
cuscut. epithym. agrimon. scabios. scord. pluribusque
aliis

aliis pugillaria cum sero laetis, quod futuras abaret febres lentas, insuperque abstergendi usum, satis efficacem, præstat, parata dum matutino, dum pomericiano tempore assumenta; ita etiam horum loco decoctum avenaceum Loveri, saluberrima in hisce morbis chronicis medicina substrei potest.

S. XVIII.

Evacuatio autem, si positivè instituenda, fieri poterit primario per alvum, quo passu quoddam laxans ex rad. rhabarb. orient. fol. senn. S. S. fl. acac. persicor. cichor. borag. violar. passulis minoribus concinnatum loco fontanæ sero laetis decoctum admixto cremore aut crystall. ♀. aut ♂ iato usurpari potest; æque prostant pilulae principiis amaro-bezoardicis imbutæ summi usus Becherianæ aut quorundam Authorum Tex Quercetan: Schroeder. Wedel. de quibus omni hebdomade (potissimum ubi evacuatio cum euphoriam succedit) dosis ad sumendum suadere placet.

§. XIX.

Verum enim vero sublatitante abscessu, destruotione aut corruptione viscerum, caute pilularum, exclusis Becherianis, instituatur usus, cum ista momenta virium colliquatio è pede insequatur, potius proinde temperatoribus ex scord. paratis medicaminibus junctis travmaticis & leniter abstergentibus medicatio tentanda est; Eminent autem inter ista herbæ agrimon. Scabios. chærefol. pyrolæ fl. bellid. scabios. hyperic. &c. in infusi aut decocti formulam redactæ, cum

G

que

que lyperia aut Epiale statim appareant, ad priores
pagg., quies omnia pectrata, respiciatur. Aut fieret
fortaliss, ut paroxismus adhibitis omnibus mediis ce-
dere nolit & deteriora cuncta minetur, febrifugis stricte
dictis abarceatur.

§. XX.

Tandem ablatis quatantenus qualitatibus sanguini
ni admixtis cacochymicis, ulteriore proportionatæ
craeos restitutionem procurare necessum est; hinc
potu sufficiente & diluto sepositis omnibus calidioribus
medicamentis illa facile impetratur, præfertim si cum
pulveribus sacharilactis temperandi causa maritetur.

§. XXI.

Ultimo urgent inter symptomata morbi haud
difficulter subventanei hectica & hydrops, quies ob-
viare & reluctari tenemur, quippe priori per blande
abstergentia sanguinisque acrimoniam temperantia
jamdum adnotata resisti potest, hinc commendat WE-
DEL. suam Tincturam Ælis temperatam; posteriorem ve-
ro anticipare licet diureticis, quum humores feroſo
Æsi initialiter statim evacuentur, obstructam alvum per
clysteres referari, Diarrhoeam modo cap. II. tacto tra-
bare oportet, æstu vero nimium corporis partes ex-
urente præter nitrosa acidula ut est clyffus Ælii potui
installandus diuresin promovens suaderi possunt; in
gravioribus præcordiorum anxietatibus pulveres Æni
& Æni cum conch. citr. sunt proficui.

§. XXII.

60 (o) 50

51

S. XXII.

Coronidis loco ponendum quidem foret maxime
necessarium in Therapia regimen Diæticum; cum
autem sub capitib primi termino fusius dilucidatum
fuerit, Letorem Benevolum ad ultimum ejus sum
amandamus.

F I N I S.

S. D. G.



G 2

Hdrt

* *

Hört ihr Kranken! wie das Fieber recht curirt der Medicus
Unfall wanken, wann darüber er das Herz stärkt, so schlägt
Glaubet kühnlich, wo die Aerzte mit der Kunst nicht so und so
Oftt bedienlich wären merkte vor der Zeit uns weg, wie SchneE
Manches Fieber: ey! credentZe Medicinam, mit GefallN
Schreit nicht über seine Gränze, und leb' also, wie man soL
So curirt der Medicus glücklich auch das Fieber. JA

I.
Harte Fieber Schmerzen:
Drauen Meisterlich,
Ums den Todt zum Herzen,
Gieb dem Arzte dich,
Davon zu erretten!
Wilt du nicht lang betten.

2.
Unser Herre Spönsa,
Der ein Medicus,
Lehret, wie man sich da
Recht beginnen muß,
Wann das Fieber plaget,
Und uns fast aufnaget.

Mit diesem Aero-Medi- und Syncrotischen, same
gedoppelten Mittel-Nemem, in dem ersten
Sahe, und noch einer andern Art der Acro-
sichen in den ersten zwey Zeilen des Nachsages
wolte dem Dno Neo-Doclori futuro beehren

C. V. Fleischhauer, D.
Adv. Ord.

Nostri compostas Neo-Doctor pellere febres
Plus sperat patiens simplicis, artis opem
Tempora cum eingit laurus, cum scandis honorum
Pegma, precor, votis ut tibi cuncta fluant.

*Hic congratulatur Amico suo Emissario
mantissimo*

H. J. D. M. D.
Aemula

Aemula maturus doctrinæ signa datus,
Ascendis cathedram, laudèque dignus eam
Ornas, consultis proponeris hic benē multis,
Jam studii fruges præmia digna seres.
Singula succedant faustè, mala cuncta recédat,
Deus inceptis vela secunda tuis.

*Ita Nobilissimo & Clarissimo Dn. Doctorando de
egregio specimine inaugurali, nosisque hono-
ribus ex animo gratulatur*

JOSEPH GABRIEL HEIN, Med. Licent.
& Militis Præsidarii in Castro St. Petri Me-
dicus Ordinar.

SIC eXsVDatVM est: sIne qVas tibi fLeXt oLIVa S
Prierius cum laude chorus sacra Principis AEsca PO
Omniogenous inter plausus modo dextera doct
Explicat in capite, hoc ornatu pulpita scand
Nectareas bibiturus aquas, quas fundere flume N
Targè aganippe solet, modo mellea munera post fe
Accipe, Piéridum soboli queis Pæan amat
Vertit in illecebras suavi tot tadia gust
Ito igitur felix cingendus epomide, doct
Alva patet pindi, resonant jam buccina cant
Vonides plaudunt, recreant se turba noven V
Hæstaliæque plagis plenum sonat undique viva I

His metris

*Nobilissimo atque Doctissimo Demino Docto-
rando gratulabundus accinxit*

J. G. I. CASTELLI,
Med. Licent.

G 3

Qui

Qui post innumeras clades, fera bella cruentos
Hostes prosternit, circum caput ambulat illi
Laurea non immerito, Vicitris gloria pompæ,
Et vehitur celso domato marte triumpho
Victoris cunctas sonat omnis fama per oras;
Sic Tibi pœnio sunt bella sepulta labore
Ardua bella voco, liquefactis viribus ullas
Per segetes, animo sedulo tamen actæ, quiesce
Vicisti tandem sint pulpita docta triumphus
Pro sudore tuos circumdent ferta capillos.

esta vocet

A. FITTERER,
Advocat. Satrap. Vippacensis.

Quidquid agis, Frater, studeas arcana parare,
Quem hostis percat, vigeat queis vivat amicus,
Qui plaudat tecum: Felix per sæcla perennes.

Ita
Nobilissimo Domino Doctorando Fratri suo
dilectissimo paucissimis accinit

J. D. R. S.
Ad St. Sever. Canon.
Domicill.

Quelle Joye! & quel contentement,
Devoir, que mon cher frere
Arrive au Port heureusement
Qu'il ancre, & qu'il prenne terre

Dans



Dans la République des Docteurs
A la face du Public.
Mon souhait est, qu'il croise en splendeur
Et que son But unique
Tente à la solide Experience
Pour devenir grand Maître
Dans son Art, dont les belles sciences
Emanant du plus grand Etre.

Quand-même l'amour fraternel ne m'eut pas inspiré de vous présenter ces pez de lingnes Vo-
tre merite personnel & Votre Diligence m'y ay-
roient forces c'eté de la part de Votres très
devoüe frere

J. M. F. S. J. A.

L'Avidité des Sciences
Est Fille de la Vertu;
Aujourd'hui la Juvence
Cherche à la voir à nuë.
Rien ne coute! Fatiguez; Veillez;
Les plaisirs qu'elle s'abrege,
De même que le Sommeil
Font la Gloire des Collèges.
L'Oeuvre enfin couronnée
Vous fait franchir le Pas
D'une Chaire environnée
De Doctes, qui crient, Vive! SPOENLA;

Ces pez de lignes seront en signe d'une vrai De-
sition dans cette occasion de Son très humble
Et très obéissant Serviteur,

MULLER,
Maitre de Langue

Quz

Qua semper tecum, noscet suavissime Fautor
Longa fides arcto foedere juncta fuit.
Nunc Tibi poētio modulatur carmina plectro
Carmina piētio non inimica choro.
Te Meditina regat, ducat, Fortuna secundet,
Tum miser ægrotus dulce levamen habet.

*Quae
in sinceram animi gestientis tesserae appelle
nere voluit*

JORDANS, Jur. Stud.

Si jaceant ægri capiant Machaonis herbas
Quasque dat ex medico fonte Galenus opes.
Sed firmet solidam virtus patientia mentem
Hæc facilem morbis omnibus addit opem.
Crede mihi procul hinc cessat dolor omnis ab omni
Sumitur à doctâ, dum medicina manu.

*His paucis Prenobili ac Dodifissimo Domino Della-
rando se commendat servorum infirmis*


F. W. WÜRSCHMID,
J. Studiosus.



01 A 6576



TAOG
S6,



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE FEBRIBVS COM- POSITIS,

QVAM
AVCTORITATE
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
IN ALMA ET PERANNUQA HIERANA
SVB PRÆSIDIO

DN. D. JOH. HIER. KNIPHOFII,

ANAT. CHIRVRG. ET BOTAN. PROF. PVBL. FAC. MED. ASSESS. ORD.
ACAD. CÆSAR. NAT. CVRIOS. COLLEGÆ,

PATRONI ET PROMOTORIS SVI ÄTATEM
COLENDI,

PRO LICENTIA
SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES
ET IMMVNITATES
LEGITIME IMPETRANDI

H. L. Q. C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
AVCTOR FT RESPONDENS

JO. HVGO FRANCISCVS SPOENLA,
THYRINGO - VPPACENSIS.

DIE XVI. JVLII MDCC XLVI.

ERFORDIAE
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII, Acad. Typogr.